



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

Visconti, Giuseppe

Parisii, 1618

Cap. 37. De testibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)

tionem tamen, & circumscriptionem non
mitto. Nam credere fas est, vbiq; eam cu
suetudinem viguisse; vt signum esset, sulce
torem cum susceptrice spiritali affinitate

Osculi ori- uinciri. Cuius rei fundamentum à Gentili-
go à Genti- Hebræorumque moribus ductum est, que
lium, & Hebræorū propinquos, & affines osculari solitos, in
moribus. cum de baptizatorum osculo dicitur, plu-
Veteres tā bus locis significabimus. Nunc autem ea co-
Gentiles, suetudo penitus abrogata est: tum quia sp-
quam He- tualis affinitas inter omnes constat, vt eamo-
bræi cogna ternis signis declarare, necesse non sit: tū qu-
tis oscula infigebant
Osculi con adhibeantur, quæ perditis, ac nefariis hom-
suetudo ab- nibus peccati, aut offensionis materiam aut
rogata, & re possint.
quæ.

De testibus.

CAP. XXXVII.

Testes in
baptismo
adhibeban-
tur.
ad Tim. 6.

EXtremum huius libri testes habebant
quos in baptismo adhibendos esse. Eccle-
sia, Apostoli auctoritate confirmata, certum
& exploratum semper habuit: ita enim ille
Timotheum scribit: *confessus es bonam confes-
sionem coram multis testibus.* Nam, quod inquit,
confessus es bonam confessionem, nemini dubium esse
debet, ad baptismum referendum esse: in quo
scilicet solennem fidei professionem edere so-
lemus. Atque hanc esse eorum verborum pro-

priam, & veram sententiam, veteres sancti Patres, qui eum locum interpretati sunt, ostendunt, præcipuè vero Primasius, qui ad cap. 6. prioris ad Timoth. allatis iis verbis, *confessus es bonam confessionem, addit, in baptismo.* Sed quando exemplis firmius in quæstionibus enodandis esse nihil potest, dabimus operam, vt exemplū ex veteri historia eruamus, id manifestè videmus in vita S. Gutilæ Virginis, quam ex peruetusto Ms. codice transcriptam Laurentius Surius suppeditat. ibi enim sanctæ Virginis parentes, cum filiam à nefariis ritibus ad Christi religionem traducere, fideique mysteriis imbutam, vitalibus aquis abluere cuperent, à Beata Gertrude precibus impetrarunt, vt sacræ, & salutari ablutioni testis interesset: cum ergo, inquit, prædicti parentes Virginis, filiam suam sacro fonte regenerare decernerent, præsentiam huius Virginis exoptant: & vt eius regenerationis fieret testis, in omnes preces descendunt. Beata autem Gertrudistam piæ precis assensum præbuit, &c. Inferiorum autem temporum testimonia superuacaneum est querere, cum pleni sint libri multorum Patrum de hoc more differentium, nuncque etiam vetus consuetudo in plerisque regionibus integre custodiatur, vt ad sacros ordines promouendi, vel alio sacramento initiandi, habiti baptismi fidem inuenire possint.

Cur etiam
nunc testes
in baptismo
adhibeantur.